Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-252161-p0001-1

1. Reichard / Elias Casp: / geburths tag gratulation auff Königin Sophia Magdalena in Dennemarc, 1740.

2. geburths tag gratulation auff Hertzog Chr: Ernst zu Sachsen Saalfeld, 1744.

3. dergleichen auff Hertzog Frantz Josias zu Sachsen Coburg 1744.

4. Lange / Joh. Fried: / geburths tag gratulation auff grafft Christ: Ernst zu Stolberg. 1744.

5. Henrici / Paul Chr: / geburths tag gratulation Printz Christian in Dennemarc, 1745

6. ——— dergleichen 1745.

7. Stolberg / Joh Martin grafft zu / gratulation an den von Schönberg 1745

8. dergleichen, der studirenden in Altona, 1745.

9. Kirchhoff / Joh. Heinr: / dergleichen, 1745.

10. Wiegand / Carl Chr: / geburths tag gratulation auff grafft Chr: Fried: zu Stolberg 1746.

11. Schütze / Henr: Car: / dergleichen 1746.

12. Eberhard / Joh: Petri: / dergleichen 1746

13. des Magistrats in Cöthen gratulation zur Vermählung grafft H. E. zu Stolberg 1742

14. Sander / Joh. Andr: / dergleichen Lateinisch, 1742.

15. Werth / Lebr: Heinr: / dergleichen 1742.

PLAVSVS VOTIVVS,

QVO

REVERENDISSIMO, CELSISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO COMITI AC DOMINO

DOMINO

HENRICO ERNESTO,

S. R. I. COMITI,
COMITI STOLBERGAE, KOENIGSTEINII, ROCHEFORTI, WERNIGERODAE ET HOHENSTEINII,
DYNASTAE EPSTEINII, MVNTZENBERGAE, BREVBERGAE, AIGMONTI, LOHRAE ET KLETTENBERGAE
ILLVSTRIS CAPITVLI HALBERSTADIENSIS CANONICO, DANICI ORDINIS REGII A DANNEBROG NVNCVPATI EQVITI CETERA.

NEC NON

SERENISSIMAE PRINCIPI

CHRISTIANAE ANNAE AGNESAE,

PRINCIPI ANHALTINAE, DVCI SAXONIAE, ANGRIAE ET WESTPHALIAE,
COMITI ASCANIAE, DOMINAE BERNBVRGI ET SERVESTAE CETERA.

SACRA NVPTIALIA

DIE XII. IVLII ANNI P. R. S. MDCCXXXXII.
PIE SPLENDIDEQVE COTHENII CELEBRANTIBVS
HVMILI PIETATIS ADFECTV
GRATVLATVR
CLIENS SVBIECTISSIMVS

IOANNES ANDREAS SANDER
S. S THEOL. STVD.

HALAE D. X. IVLII MDCCXXXXII.

LITTERIS IOAN. CHRIST. GRVNERTI.

HAud raro ſaeuit tempeſtas horrida coeli.
Grandine et arctoa verberat imber humum.
Bella gerunt venti, miſcetur murmure Olympus,
Percellit mentes aeriusque fragor.
Arduus igniferis ſplendet fulgoribus aether,
Aequore profundo turget et vnda minax.
Mox vero media nimborum in nocte coruſcant
Solares radii, lumina laeta micant.
Secedit nubes, quae coelum condidit atra,
Et Phoebus niueo lumine cuncta fouet.
Mira quies pelagi, nec adhuc mare concitat Eurus,
Atque procelloſi turbinis ira ſilet.
Triſtis bruma quidem raucis aquilonibus horret,
Magna parens frugum ſub niue tecta iacet.
Deponunt ornatum hiemali frigore rami.
Flumina conglaciant, ſtringit et arua gelu.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-252161-p0004-7

At Titan deinceps aeſtiua luce refulget.
Ecce! niues fugiunt, ſoluitur acris hiems.
Arboribusque comae redeunt et gramina campis,
Prataque pubeſcunt ceſpite, ridet ager.
Dicunt in tenero paſtores gramine carmen,
Silueſtri calamo, cantat in aethere auis.
Hocce modo ſortem commutat Rector Olympi
Aſpera quae modo fert, quae modo laeta manet.
Ter ſolet affligare Deus, quos pectore nutrit,
Denuo ſed miſerens gratia ſumma nitet.
Triſte TIBI rapuit, COMES ILLVSTRISSIME, fatum,
Iunctam connubio, progeniemque TVAM.
Aſt coeli ſidus, quod iam TIBI ſurgit amicum,
Nubila moeroris diſſipat atque fugat.
Dulcia pangit Hymen hodie TIBI carmina laetus,
Dum gaudens repetis vincula ſacra tori.
Salue fauſta dies, te non felicior alter,
Optima lux ſalue, gaudia mille parans.
Plaudite, vos ciues, hilares iam ſumite vultus.
Laetitiae ſignum quisque det hocce die
Pelle dolorem animi, grex ſubdite, proque ſalute
Longaeua COMITIS concipe vota pia.
Me iuuat ex animo quoque votis addere vota,
Atque piis precibus ſollicitare Deum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-252161-p0005-3

Coelicolum Rex TE, COMES ILLVSTRISSIME ſeruet,
Seruet TE voueo, mella fluantque TIBI.
Viue diu felix florensque vigensque ſeneſcas,
Sic noſtram in patriam defluet omne bonum.
O! vtinam numen det feliciſſima quaeque,
Adſit conſiliis, coepta beetque TVA,
Viuat ſalua TIBI, valeat, CELSISSIMA SPONSA,
Quae TIBI, MAGNE COMES, dulce leuamen erit.
Sint procul a VOBIS luctus et triſtia fata,
Exhilaret ſemper pectora VESTRA Deus.
Annuat hisce meis precibus, pia vota precantum
Qui nunquam ſpreuit, pondus et addat iis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-252161-p0006-9

R. II. L. I.
Nro. 2.

R. II. L. I.
Nro. 3.

78 M 362

ULB Halle 3
002 707 233

5b

Hschill: 3; 30; 101; 107; 112; 113; 114;

20

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-252161-p0007-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-252161-p0008-0

PLAVSVS VOTIVVS,

QVO

REVERENDISSIMO, CELSISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO
COMITI AC DOMINO

DOMINO

HENRICO ERNESTO,

S. R. I. COMITI,
COMITI STOLBERGAE, KOENIGSTEINII, ROCHEFORTI,
WERNIGERODAE ET HOHENSTEINII,
DYNASTAE EPSTEINII, MVNTZENBERGAE, BREVBERGAE,
AIGMONTI, LOHRAE ET KLETTENBERGAE
...VLI HALBERSTADIENSIS CANONICO,
...INIS REGII A DANNEBROG NVN-
...VPATI EQVITI CETERA.

NEC NON

...ENISSIMAE PRINCIPI

...TIANAE ANNAE
...GNESAE,

...LTINAE, DVCI SAXONIAE, ANGRIAE
ET WESTPHALIAE,
...CANIAE, DOMINAE BERNBVRGI
ET SERVESTAE CETERA.

...CRA NVPTIALIA

... XII. IVLII ANNI P. R. S. MDCCXXXXII.
...DEQVE COTHENII CELEBRANTIBVS
...HVMILI PIETATIS ADFECTV

GRATVLATVR

CLIENS SVBIECTISSIMVS

...NNES ANDREAS SANDER

S. S THEOL. STVD.

HALAE D. X. IVLII MDCCXXXXII.

...ERIS IOAN. CHRIST. GRVNERTI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-252161-p0009-9